



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

38 Renunciatio ante profeßionis emissionem, ut valeat, quae requirantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

<sup>35</sup>  
tempus nō Episcopus ignoret, tenetur,<sup>38</sup>  
Præfecta Monasterii eum ante mensem  
certiorē facere; Quid si præfecta cer-  
tiorē Episcopū non fecerit, quādiū  
Episcopo videbitur ab officio est suspen-  
sa. Con. Trid. in d. cap. 17. de regul. &  
mon. sess. 25.

<sup>36</sup>  
Ad professionem tam vitorum, quam  
mulierum ante decimum sextum annum  
expletum emittendam nemo admitti po-  
test. Concilium Tridentinum, cap. 15.  
eod. tit. de regul. & mon. nec, qui minori  
temporis spatio, quād per annum post su-  
ceptum habitum in probatione steterit,  
ad professionem est admittendus, cap. 17.  
quest. 2. & Conc. Tridentin. eod. cap. 15.  
Professio autem antea facta, nulla est,  
nullamque inducit obligationem ad  
alicuius regulæ, vel religionis, aut ordinis  
observationem seu ad alios quoscunque  
effectus, d. cap. non solum, §. quid si forte  
& Coneil. Tridentin. eod. cap. 15. in fin. de  
regul. & monial.

<sup>37</sup>  
Inter milites & S. Joannis Hierosolymi-  
tani extra conventum religionis degentes  
est locus tacitæ professioni, ut fuit in sacra  
congregatione decisum super d. cap. 15. §.  
*an sit locus.* Et in habitus susceptione  
milites Hierosolymitani ex tenore suorum  
statutorum emittunt professionem, quæ  
tamen per habitus delationem extra con-  
ventum præluminur postea post annum  
tacitè ratificata, ut in d. §. *an sit locus*, &  
§. *an in militibus*, in eisdem decis. super eod.  
cap. 15. nec, qui ex voto religionem in-  
greditur, potest in ea validè ante decimum  
sexum annum expletum, vel intra annum  
probationis professionem emittere, ut in  
decis. super cap. 16. §. *anis*, de regul. ead.  
sess. 25.

Nec ulla & renunciatio, aut obligatio  
antea etiam cum juramento facta, etiam in  
favorem eujusunque causæ piz, valeat,  
nisi cum licentia Episcopi, sive ejus Vicarii  
sit intra duos menses proximos ante pro-  
fessionem, quæ non intelligitur effectum  
suum sortiri, nisi secuta professione. Conc.  
Trid. eod. cap. 16. de reg. in princip. Quod  
decretum non habet locum in donationi-  
bus, & renunciationibus factis ante ingre-  
sum Monasterii, & habitus susceptionem;  
sed si quis donaverit in ipso ingressu non  
valet, ut in decis. super eod. cap. facta, §.  
nulla quoque, prout, nec valet Episcopili-  
centia omissa, & professione secuta, ut  
eisdem decis. §. cum licentia.

Nec requiritur, quid renuncians, tem-  
pore renunciationis compleverit deci-  
mum sextum annum, ut renunciatio sit  
valida, dummodò sit facta cum licentia  
Episcopi, seu Vicarii, juxta dictum cap. 16.  
intra duos menses proximos ante profes-  
sionem. & idem, si renuncians esset tacitè  
professus, licet renunciasset duobus men-  
sibus ante professionem expressam, ut in  
dictis decis. §. ac non alias, & §. & nullius  
effectus, finito autem tempore novitiatus,  
superiores novitios, quos habiles inven-  
rint ad profitendum, admittere, aut è  
monasterio eos ejicere debent, ut eod. c.  
16. §. finito tempore, & facit cap. cùm cau-  
sam, in fine de elect.

Renunciatio verò facta cum licentia  
Episcopi, sive ejus Vicarii intra duos menses  
proximos tempore, quo professio legiti-  
time emitti potuisset, non est invalida, eo  
quod ipsa actualis professio per aliquot  
menses ulterius dilata fuerit, quia & tem-  
pus emittendi professionem post tempus  
novitiatus ex legitima causa à superioribus  
cognita